

uuas. aut de tribulis ficus. Sic
 omnis arbor bona. bonos fructus
 facit. Mala aut arbor. malos fruc-
 tus facit. Non potest arbor bona
 malos fructus facere. Neque arbor
 mala fructus bonos facere. Omnis
 arbor que non facit fructum bonum.
 excidetur et in ignem mittetur.
 Igitur ex fructibus eorum cognoscitis
 eos. Quo loco illorum error maxi-
 me cauendus est. qui de his ipsis
 duabus arboribus duas naturas opi-
 nantur esse. Quarum una sit dei. al-
 tra vero nec dei nec ex deo. De quo
 errore alius libris et disputatum est
 uberius. et si adhuc parum est dis-
 putabitur. Nunc autem non eos
 adiuuare istas duas arbores do-
 cendum est. Primo. quia de homi-
 nibus cum dicere tam clarum est.
 ut quisquis precedentia et conse-
 quentia legerit. miretur eorum
 cecitatem. Deinde attendunt quod
 dictum est. non potest arbor bona
 malos fructus facere. neque arbor
 mala bonos fructus facere. Et ideo
 putant neque animam malam fieri pos-
 se ut in melius commutetur. neque
 bonam inde tenus. Quasi dictum
 sit non potest arbor bona mala
 fieri. neque arbor mala. bona fieri.
 Sed dictum est. non potest arbor

facere fructus bonos. Si enim bo-
 nos fructus fecerit. iam malus non
 erit. Sic uerissime dici potuit. non
 potest esse nix calida. Cum enim
 calida esse ceperit. non iam cum
 niue sed aqua uocamus. potest
 ergo fieri ut que nix fuit non sit
 non autem potest fieri ut nix cal-
 sit. Sic potest fieri. ut qui malus
 fuit non sit malus. non tam-
 en potest ut malus bene faciat.
 Quia etiam si aliquando
 non hoc ipse facit. sed fit
 diuina procurante prouidentia.
 Sicut de phariseis dictum est.
 dicunt facite. que autem fa-
 cere nolite. Hoc ipsum quod
 dicebant. et ea que dicebant
 audiebantur et fiebant
 illorum. Cathedram enim
 moysi sedent. Per diuinam
 prouidentiam legem dei predicant
 et audientibus utiles. cur-
 essent. De talibus alio loco
 dictum est. Seminastis tibi
 et spinas metetis. Quia
 capiunt. et mala faciunt
 ergo qui eos audiebant et
 que ab eis dicebantur. ce-
 gebant uuas. sed per spiritum
 legebant uuas. Tamquam
 aliquis per sepe mittat.
 uas que sepe fuerit in